Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



56

diorē et sanctus est sanctior non in
diget malarum rerum uurpatione
laudari. Sequantur itaq; sēa coniugia.
patriarcharum coniuges in religione
posire ac diuinis litteris informare
Saram. rebeccam. Rachelem. annam.
Susannam. immitentur uxores xpi
u uirgines solam matrem uirginem
matrem luminis subsequantur.

℟. Omnipotens adorande colende tremen
de benedico te quia p filium tuum uni
genitum euasi minas hominum impiorū
et spurcicias diaboli impolluto calle tuis
uit. ℣. Benedico te pater domini mei
ihu xpi quia p filium tuum euasi.

Cuius pedissequa agnes beatissima
magnū de pudicicie exercitatione
emplū cum uirginitatem priuilegio ui
te omnemq; a se amorem terrenū
p amore celestem expellens trophe
um crucis arripuit xpi. et tam contra
lubidines quam etiam contra uniuersa
supplicia fide poci armata quam ferro
fortiter dimicauit et uicit. Compellitur
uirgo ornamenta suscipere corporis; ren
nuit quo iam susceperat mentis. ℟. Ip
si sum desponsata cui angeli seruiunt cu
ius pulcitudinem sol et luna mirantur
ipsi soli seruo fidem ipsi me tota deuotio
ne committo. ℣. Propter ueritatem
et mansuetudinem et iusticiam ipsi soli.

Et quia non de elegantia corporis
humani placere studebat quia time
bat de feditate animę domino displi
cere dabat intus p fidem suę mū
candorem pulcitudine excolebat
animę et quantum screbat animam
suam pulchram facere tantū in sua
anima erubescebat se non esse formo
sam tantoq; studens displicere car
nalibus mi carnis aspectu quanto xpo
institit et angelis eius complacere.

℟. Induit me dominus uestimento salu
tis et indumento leticie circumde
dit me et tanquam sponsam deco
rauit me corona. ℣. Induit me do
minus auro (cyclade) texta et immensis mo
nilibus ornauit me. Et tamquam.

Videte quom agnes sequitur ora
tiam p obprbria. Nullum potuit pe
nitus formidare supplicium. cuiere
am lupanar turpitudinis locus ora
tionis efficit et ubi diabolus ei igno
miniam corruptionis preparauerat illic
eam excipe secit dns coronam suę
uirginitatis et palmam. ℟. Regi
num mundi et omnem ornatum secili
contempsi propter amorem domini mei
ihu xpi quem uidi quem amaui in quo
credidi quem dilexi. ℣. Cruciauit cor
meum uerbum bonum dico ego opera
mea regi. Quem uidi. Ad cant. a. Stat
ad extris eius agnus niue candidior xpe
sibi sponsam et martyrem consecrauit.

P. s. e. s. Matheon.

In illo tempore dixit dominus parabola hanc.